



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

128. An iudex laicus possit cognoscere de Clericatu, vel de habitu? Ex p.
3. tr. 1. res. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

De Immunit. Eccles. Resol. CXXVI. &c. 159

Ballis *tract. var. lib. 5. pragmat. 1. tit. 10. n. 53.* & hanc sententiam in terminis dictae Bullae Sixti 5. quam ille Iurifconsultus afferebat, tenet Garcia de beneficiis tom. 2. p. 7. c. 1. n. 23. & alij penes ipsium, asserentes Clericis non esse necessarium portare duas vestes longas, sed quod vna sufficiat, vel tunica, vel pallium. Verum circa praesentem questionem communem doctrinam adducit Farinacius q. 8. n. 69. & Scaccia de iudiciis tom. 1. lib. 1. c. 11. n. 84.

RESOL. CXXVI.

Clericus qualem habitum deferre debeat, ut gaudeat privilegio fori?
Et si controuertatur, an habitus, cum quo inuentus est Clericus, sit Clericalis, an inquam, hoc habitus cognitio ad Ecclesiasticum pertineat, & dum hoc coram iudice Ecclesiastico pendet, debeat iudex laicus supersedere, & aliter faciens immunitatem Ecclesiasticam infringat? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 63.

§. 1. **R**espondeo Clericos circa habitum se locorum consuetudini accommodare, ut tradit Ambrosius de immunit. cap. 23. num. 13. ego vero absolute loquendo, illum privilegio fori gaudere arbitror, qui eo vitur vestium genere, ut si a populo videatur, clericus iudicetur, si autem controuertatur, an habitus cum quo inuentus est clericus, sit clericalis, hanc habitus cognitionem ad Ecclesiasticum iudicem pertinere, quidquid aliqui asserant, & pessime in praxim deducunt aliqui iudices, nisi auctoritate Iul. Clar. lib. 9. q. 36. n. 11. & Masc. c. del. 961. n. 4. & aduertat iudex laicus, quod dum haec coram iudice Ecclesiastico pendet, debeat supersedere, ut nos alibi etiam docuimus, & aliter faciens immunitatem Ecclesiasticam infringit, licet nonnulli apud Carolum de Grassis de effectibus clericatus, effect. 1. n. 1257. & seq. oppositum sentire videantur, sed male, quia fieri potest, ut in tali casu iudex laicus exerceat iurisdictionem in personam exemptam, & quia sequeretur elisoriam esse cognitionem iudicis Ecclesiastici, & haec omnia docet, & probat Bonacina in Bull. Can. tom. 3. disp. 1. q. 16. p. 1. punct. 6. num. 30. 31. & 32. cum aliis eo immunit.

RESOL. CXXVII.

Utrum iudex laicus possit in casu contingenti cognoscere de Clericatu, vel habitu?
Et an si Clericus captus incedat in habitu laicali, an tunc possit detineri per iudicem saecularem, donec iudex Ecclesiasticus ferat declarationem, & dum pendet talis cognitio, iudex saecularis debeat supersedere a progressu in causa delicti?
Et quid, si in dicto casu fama esset publica, & notoria, quod ille esset Clericus, quamuis inuentus sit in habitu laicali, an in tali casu statim remittendus sit ad iudicem Ecclesiasticum, & ante cognitionem Clericatus?
Et qua autem vestes censenda sint Clericales in Clericis prima tonsura, & initiatis minoribus Ordinibus?
Ex part. 1. tract. 2. Ref. 28. alias 27.

§. 1. **M**ulti Regij ad Iudicem saecularem spectare hanc cognitionem contendunt, & sic olim male obseruabatur in nostra Sicilia, & hodie obseruatur multis in locis. Et ita docent Borell. de protect. Reg. Cath. c. 7. n. 308. Guido Papa q. 1. 38. de protect. Reg. Cath. c. 7. n. 308. & alij apud Couall. Grat. discept. forens. p. 2. c. 130. n. 30. & alij apud Couall. tract. de cogniti. per viam violentiam 3. in Praem. c. 8. n. 39. Tom. I. X.

2. Sed absolute contrariam sententiam amplectendam esse puro ex cap. si Iudex laicus, de sentent. excomm. in 6. Et ita docent communiter Doctores Couarr. pract. 99. c. 33. Zerola in praxi Episc. p. 1. vers. Clericus n. 3. Salzedus in pract. crim. Diaz c. 62. n. 1. Marius Antoninus lib. 3. ref. 48. Ioan. de la Cruz in directo conscient. p. 2. de Sacram. Ordinis q. 5. dub. 8. concl. 1. Molina de instit. tom. 4. tract. 3. disp. 49. n. 6. & 11. Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 7. n. 6. Cuallos ubi supr. tractat. de cognitione, &c. p. 2. q. 44. num. 1. Itaque coram Iudice Ecclesiastico de clericatu, & habitu habenda est discussio, & cognitio, citatis tamen Iudice, & Fisco saecularis Curiae: & postquam Iudex Ecclesiasticus, declarauit N. Clericum gaudere privilegio fori, petenda est remissio cum intimatio- ne dictae declarationis iuxta cap. Index cit. quae quidem remissio a Iudice saeculari debet fieri sine Clerici dedecore, ut obseruat Marius Antonius ubi supra n. 2. & infra certum terminum, nempe, viginti horarum; alias saecularis Iudex dictum Clericum non remittens, ultra praedictum tempus ex d. cap. Index in excommunicationem incurreret.

3. Nota vero, quod si captus incedebat in habitu laicali, tunc potest detineri per Iudicem saecularem, donec Iudex Ecclesiasticus ferat declarationem; & dum pendet talis cognitio, Iudex saecularis debet supersedere a progressu in casu delicti. Nota etiam, quod si Clericus fuerit comprehensus in habitu laicali, & fama esset publica, & notoria, quod ille esset Clericus, utique in tali casu remittendus est statim ad Iudicem Ecclesiasticum, & ante cognitionem clericatus. Quomodo autem probetur clericatus, vide Belletum in disquis. cler. p. 1. tit. 3. 8. 14. n. 10. Quae autem vestes censenda sint clericales, in Clericis prima tonsura, & initiatis minoribus Ordinibus, vide Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. nu. 17. Couar. pract. 99. cap. 31. num. 7. & Iul. Clar. lib. 5. sent. 15. vlt. q. 36. n. 13. cum aliis. Ambrosin. de immunit. Eccles. cap. 23.

RESOL. CXXVIII.

An iudex laicus possit cognoscere de Clericatu, vel de habitu? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 15.

§. 1. **A**firmatiue mordicus respondent aliqui, & ita obseruatur in Lusitania teste Valasco tom. 1. alleg. 44. n. 10. & 12. in Gallia teste Rebuffo ad l. Gallia tom. 1. tit. de literis obligat. art. 11. glossa 3. n. 15. in Hispania, teste Couarruvia pract. 99. c. 33. n. 168. in Regno Neapolitano, teste Borello in sum omnium dec. tit. 44. de cit. n. 425. & ratio est, quia huiusmodi questio facti est, & in facto consistit, cuius cognitio ab omni iuris spiritualis cognitione remota est; & ita hanc sententiam praeter Doctores citatos tenent Salgado de protect. Regia tom. 2. p. 4. c. 14. num. 81. 82. & 85. Pereira tract. de manu regia in concordatis D. Ioan. 1. art. 9. n. 183. & in concord. 1. Regis D. Dimis art. 13. num. 62. Rupelanus lib. 4. instit. forens. Francus dec. 329. num. 9. & alij.

2. Sed ego in tract. 1. part. 1. resol. 27. de immunitate Eccles. contrariam sententiam tenui, nec aliter tenendum est, & contrarium facientes in excommunicationem incurrunt; & hoc determinatum a Bonif. VIII in cap. Index, de sent. excom. in 6. & hanc sententiam tenent DD. quos citat, & sequitur doctus Barbosa ubi infra n. 2. quibus ego addo Cenedum in 99. Canon. q. 4. n. 32. Belletum in disquis. cler. p. 1. tit. de favore clericorum personali §. 14. n. 4. D. Carolum de Grassis de effectibus Cleric. effect. 1. n. 1162. Bobadillam

cognitionem de Clericatu in Ref. seq. & superius in tr. 1. Ref. 120. §. 1. post med

Sup. hoc in Ref. 1. not. praeterita, post mediu.

Sup. hoc in duabus praecedentibus Ref. in principio.

Supra hoc quoad habitum supr. in Ref. 126. ad l. n. 6. versian habitus, & in Ref. 127. & inf. in duab. Ref. seqq. & quoad cognitionem de Clericatu in Ref. 2. huius not. & superius in tr. 2. Ref. 120. §. 1. cursum post medium.

IN MATI
tribul
O IX. X.
E III

in *politicis*. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 106. Mastrillum p. 2. decis. 113. num. 16. Martham de *iurisdic.* p. 2. c. 31. n. 16. Narbonam in 3. *precepil.* lib. 4. tit. 1. l. 10. gloss. 23. n. 16. præter illos, quos adduxi in *resol.* 27.

Quæ hic est
Ref. anteceden-
dens.

3. Ad contrariam verò obseruantiam, & praxim illorum Regnorum, quam adducunt DD. citati, responder Barbofa in *collect.* 3. lib. 5. tit. 11. c. 11. n. 3. id tribuendum alicui speciali Summi Pontificis priuilegio, quod si adest, videant illi ad quos spectat.

RESOL. CXXIX.

An iudex laicus possit cognoscere, utrum Clericus veste Clericali amictus sit, ut gaudeat priuilegio fori? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 10.

Sup. hoc in
Ref. seq. &
sup. in Ref.
126. ad lin.
6. vers. an
habitus, &
in Ref. 127.
& 128.

§. 1. Aliqui Iuriconsulti affirmatiuè respondent, & nouissimè inter illos ita fuisse iudicatū testatur Paponius lib. 1. tit. 5. *arrest.* 4. vbi sic asserit. Iudex laicus cognoscere de proprietate tonsuræ non potest, & tamen cognoscere potest utrum vestes quibus Clericus vestitus reperitur, conuenientes sint, an aduersæ eius professioni; huiusmodi quippe cognitio sæcularis est, prout fuit iudicatum *arrest.* 1384. Ita ille

2. Sed hæc opinio est contra communem, ut docet Bellettus *disquis. cler.* 11. 3. §. 14. n. 4. & nouissimè illam refellit Barbofa in *collect.* 3. lib. 5. tit. 11. c. 12. n. 2. citans Farinac. in *praxi crim.* 8. nu. 34. & patet ex *c. si iudex de sent. excomm.* in 6. sed de hac questione vide me ipsum in *resol.* 27. tit. 2. *part.* 1. Nec valet dicere, quod in aliquibus Regnis ita à iudicibus laicis obseruatur, nam responderet forsitan id facere ex priuilegio Summi Pontificis.

RESOL. CXXX.

An cognitio de habitu Clericali spectet ad iudicem laicum? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 5.

Sup hoc sit
pra in Ref.
126. ad lin. 6.
& vers. an
habitus, & in
Ref. 127. 128.
& 129.

§. 1. Affirmatiuam sententiam præter DD. quos adduxi in *part.* 1. tit. 2. *resol.* 27. & p. 3. *tract.* 1. *resol.* 15. tenet nouissimè iterum Pereira de *manu Regia* *part.* 2. *cap.* 44. num. 3. putant enim per *cap. si iudex, de sent. excommunic.* in 6. non esse licitum laicis cognoscere questionem iuris circa Clericos; secus, quoad questionem facti, ut est cognitio de habitu clericali; & addit Pereira de *bigamia, de tonsura, & aliis conditionibus requisitis à Concil. Trident. sess.* 23. *cap.* 6. Vide etiam nouissimè Ioannem Honorium in *compend. iuris Canonici* lib. 3. tit. 1. n. 15. qui etiam hanc sententiam tenet.

2. Sed ego locis citatis contrarium docui, & nunc iterum doceo, præter Doctores, quos *vbi supra* citauit, tenet hanc opinionem Duardus in *Bull. Cæn.* lib. 2. *can.* 19. *quæst.* 8. num. 19. Molina de *iust. tract.* 3. *disp.* 49. num. 11. Gauantus in *enchiridio Episc.* *ver. fori priuilegium*, n. 32. Sanchez in *opuscul.* tom. 2. lib. 6. c. 1. *dub.* 1. num. 16. Castus Palauus in *opere morali* tom. 2. *disp. unica, punct.* 4. num. 7. Melchior Lotharius de *re beneficaria* lib. 3. *quæst.* 36. n. 69. Scaccia de *iudiciis* lib. 1. *cap.* 11. num. 8. Menochius de *presumption.* lib. 6. q. 76. num. 341. Genuensis in *praxi* c. 38 n. 6. in *sine* Ambrosinus de *immunit. Eccles.* *cap.* 13. num. 15. Bonacina in *Bull. Cæn. disp.* 1. *quæst.* 1. *sect.* 1. *punct.* 6. nu. 31. Rolandus à Valle lib. 1. *conf.* 4. num. 33. Suarez de Paz in *praxi* tom. 2. *præl.* 2. num. 9. Nauarrus in *cap. nouis. de iudic.* *notab.* 66. num. 44. Gratianus in *discepcion. forens.* tom. 1. c. 190. n. 15. & alij penes ipsos. Nam si cognitio, an sit Clericus, per dictum *c. si iudex*, spectet ad iudicem Ecclesiasticum, non video cur cognitio de ha-

bitu non spectet ad eundem, cum vtraque cognitio tendat ad idem. Et licet sit controuersia de facto, est tamen de quodam facto spiritali, scilicet Ordinis, ad ipsūque pertinens. Item in iure Canonico statuitur Clericum fori priuilegio gaudere, si habitum & tonsuram deferat. Ergo ad iudicem Ecclesiasticum pertinet, & non ad sæcularem, decidere quis dicatur tonsuram & habitum deferre. Deinde ad Episcopum pertinet habitum à Clericis deferendum præscribere; ergo ad eundem etiam spectat cognoscere an habitus sit clericalis. Vnde affirmatiuam sententiam falsam esse, & sacris Canonibus contrariam, docuit Paramus in *respons.* 1. *pro iurisdic. sancti officij*, e. 4. n. 2. & Franciscus *quæst.* 8. num. 34. & ideo nostram opinionem non solum tenuit sacra Rota Romana *dec.* 202. *de sent. excomm.* in nouis; sed illam determinauit sacra Eminentissimorum Cardinalium Congregatio die 11. Iulij anno 1595. Vnde nescio quemodo aduersarij affirmatiuam sententiam tueantur, cum eorum opinio sit contra communem Doctorū opinionem, contra sacram Rotam Romanam, & contra sacram congregationem Cardinalium.

RESOL. CXXXI.

An iudex laicus possit punire Clericum, qui assumpsit habitum Clericalem post delictum paratum, intentione subtrahendi se a seculari potestate? Et notatur in tali casu non posse iudicem laicum talera Clericum ordinatum in fraudem punire quoad penam corporalem, sed tantum quoad penam pecuniariam & confiscationem honorum, quamuis hoc non careat difficultate, quia exempta persona non potest in rebus molestari. Ex part. 1. tract. 2. Ref. 27. alias 26.

§. 1. Affirmatiuam sententiam communiter do-
cent Doctores vt Molin. de *iust.* tom. 4. tr. 3. *disp.* 49. n. 21. & alij penes Ambrosium de *immunit. Eccles.* c. 19. n. 5. Menochium de *presumpt.* lib. 6. q. 76. num. 35. Gutierrez *præf.* q. lib. 1. q. 5. Ceuallos *tr. de cognit. per viam viol.* p. 2. q. 44. n. 7.

Sup. hoc in
Ref. seq. &
infra ex do-
ctrina Ref.
164. §. 1. &
in alia Ref.
eius notat.

2. Sed non reticebo, contrariam sententiam docere Bonacina de *legib.* *disp.* 10. q. 2. *punct.* 1. §. 1. n. 16. & Episcopum Iherosolimense M. Anton. Genuensem in *pr.* c. 8. n. 5. vbi sic ait: [Verior mihi semper visa fuit illa opinio, quod iudex sæcularis non potest procedere, nec in causa criminali, nec in causa ciuili, contra laicum conuentum, postea effectum Clericum; quoniam si confugiens ad Ecclesiam post delictum animo fraudandi Curiam sæcularem, gaudet immunitate, quamuis remaneat laicus, & ad tempus in ea moretur, multo magis gaudere debet, qui personam suā per ordinis susceptionem Deo consecrat, vt illi perpetuò famuletur.] Ita ille; quod etiam probat *ex text.* in l. qui cum vno. *§. reus ff. de re milit.* vbi videtur casus expressus: nā reus capitalis criminis accusatus, si efficiatur miles, non remittitur; sed à Iudice militaria iudicandus; est: multo magis id procedere dicendum erit in effecto milite cœlesti. Facit etiam Concilium Tridentinum *cap.* 4. *sess.* 23. *de reform.* dum prohibet Episcopis ordinare illos qui fraude, vt fugiant iudicium sæculare, Ordines suscipiunt; quæ quidem prohibitio frustra fuisset facta, si fraus illos à laica potestate non eximeret. Neque obstat, quod si talis sententia esset vera, multi in perniciem reipublicæ & eius fraudem, vt euitarent penam vltimi supplicij, ordinarentur: nam respondeo, quod satis à sacris Canonibus fuit prouisum, & præcipuè à sacro Concilio Tridentino, vt Episcopi prædictos non ordinent, nisi subtiliter scrutando mores, & vitam; & in specie præcipit non ordinari eos, qui sæcu-

lari